

grues dimicando defecit. Herodot. lib. 2. n. 9. collocat in Libya, infra mediocrem viro- rum statum pusillos. Ctesias in India, inquit: Pygmaei valde parvi, adeo ut bona pars di- midij cubiti magnitudinem, qui autem eorum maximus, duorum cubitorum magnitudi- nem non superet. Sunt porro simi, atque deformes: oves eorum sicut agni nostri, boves & asini ad arctum magnitudinem. Horum Pygmaeorum tria millia Rex Indorum in suo co- mitatu habet: sunt enim sagittarij peritissimi. Addit Munster, ex Rabbin. epistola Pra- stani, Regis Aethiop. ad Rom. Pontif. lib. 6. Cosmograph. cap. 57. Pygmaei sunt boni Chri- stiani, & sunt ubique tuti, Rex Pygmaeorum procedit in bellum contra aves, perdentes fructus, abiguntque eas vocibus suis.

46 Perperam his rebus nonnulli inficiabuntur esse homines, uti propugnat August. Niphus in Aristotel. 8. *Histor. Animal.* cap. 12. equidem & religione gaudent, quod est nota rationis, sicut vox in signa cogitaminum; quin oblet corporum brevitatem ad ratio- nis usum, ut vidimus ex Nicephoro, num. 28. In minori quantitate infunditur fructibus anima. Statura Pygmaeorum non est infra minimum humanae conditionis: & licet esset minimum, anima in suum minimum introduci potest; ut asserit D. Th. in 3. d. 11. q. 3. *quasi*. 5. art. 2. ad 3. & 3. p. *quasi*. 33. art. 2. ad 2. Roborat Mendoza, in *Vindicta*. lib. 4. Probl. 12. Inest anima rationalis vel quantitati corporis apud, & visum in 365. factibus, quos effudit Comitiſſa Margarita (historiam refert Paul. Zachias, lib. 7. tit. 1. *quasi*. 1. n. 34.) quorum maior etiam post nativitatem, non excedebat magnitudine pollicem.

47 Fateor hae cuncta esse posse, si Pygmaei essent vel fuissent; sed nuge sunt & fabu- lae aniles in puerorum stuporem. Apposite Isaac. Vosius in cit. *Mela* loc. *Pygmaei*, mi- nutum hoc genus, ut solent vagari fabulae, in omnes caeli carmines ad veter. bus dissemina- tum fuit. Dari integras nationes pumilionum aequi falsum est; ac illud, dari populos ubi plerique sint gigantes. Idem asserunt Aul. Gell. d. Strab. lib. 1. n. 101. Iul. Scalig. in *Poe- tic.* lib. 5. cap. 3. Aldrovand. Tom. 3. de *Avib.* lib. 20. cap. 5. Carranza, de *Partu*, cap. 17. n. 59. E. facris Tirin. Alapid. & Sanctius, in loc. praefat. *Ezechiel*. Albertus Magni, de *Anim.* lib. 7. cap. 6. & 21. cap. 2. omnino negat Pygmaeos fuisse, sicque dicit simios in si- militudinem hominum brevium. Delr. 2. de *Magia*, *quasi*. 15. homines non fuisse, sed monstra, aut animalia in simiorum classem referenda. Cardanus contra quae dixerat de *Subtilitate*, de *Varietate*, lib. 8. cap. 40. alruit, fabulam sumptam ad quodam simiorum genere. Paul. Iovius ubi sup. etiam asserit, magis ad simias, quam ad homines accede- re. Kircher. in *Prodrom. Copt.* cap. 4. cogitat (ex Georgio Agricola de *Animant. subter- ran.* a 6. *Postremo*) veros homines non esse, sed daemonum genus sub specie hominum, pueris staturam similia, quasi denum annorum; uti frequentem apparent ludibundi in domibus vacuis (Vernacule, *Duendes*) crebriusque in cavernis metallorum fossoribus, contracta admodum statura, & habitu corporis deridiculo in spectata. Ita vocat *Daemones*. Quare cum Pygmaei dicantur qui staturae brevis, in specie hominis; visa huiusmo- di habitudinis species, varijs in regionibus fuisse Pygmaeos, homines cubitales, atque rationis religionisque capaces. *Lustissimi autem sunt, & iisdem quibus reliqui In- diblegibus utuntur.* Ctesias ubi sup. Vide *Geograph. Arabic.* p. 9. Clim. 5.

48 Inter nos, sicut aliquando proceræ, sunt homines brevioris staturæ, digitoque demonstrantur, quippe rari; habentque in deliciis Procerum maiestas, seu potius vanitas. Aliquomodo non dicuntur homines ab Aristotele (de *Generat. Animal.* lib. 11. cir- ca fin.) quorum universæ corporis partes in utero matris oblaesæ, iusto sunt breviores. *Tales sunt* (inquit Voss. ubi dudum) *nani & pumiliones, quorum corpuscula, quamvis par- tium a se invicem proportio constet; non tamen videntur integra, quia ad debitum non sunt mensuram.* Ea propter rectius eos, homines in compendium redactos (ut vidimus, ex Propert. n. 42.) quam totos dixeris homines. Quia non toti homines in specie homi- num; singulare illorum spectaculum. De Augusto refert Sueton. in eo, cap. 43. *Ad sceni- cas & gladiatorias operas, adolescentulum Lucium honeste natum exhibuit; tantum ut ostenderet, quod erat bipedali minor, librarum septendecim, ac vocis immense.* Mirum, quia nanus, quia ita gracilis, & quia tantulus homuncio Stentorix quidem vocis. His spectaculis summè polt, delectatus Domitianus, ait Iustus Lipsius, 2. *Saturnal.* cap. 4. *Pugnæ etiam nocti sepe exhibuit* (refert Xiphilin. in eo) *& interdum nanos & feminas inter se commisit.* Celebrat Statius, d. 4. v. 51.

*Hos inter fremitus, novisque luxus, Spectandi levis effugit voluptas. Stat sexus rudis, insectusque ferri,*

Ctesias.

Muniter.

An anima rationalis in minimo bum. na ng vura possit i-junatis An signis hi- storia.

Isaac. Voss

An suæ Pygmaei

Qui dicebatur Pygmaei vel simijs vel demonibus sub re- vi hominũ specie.

Ctes.

Quo sensu Nani non homines Voss.

Hi gladiatores in are na. Sueton.

Xiphii.

*Et pugnas cupit improbus viries. Hic audax subit ordo Pumilonum, Quos natura brevi statura peracto, Nodosum semel in globum ligavit, Edant vulnera, conferuntque dextras, Et mortem sibi qua manu minantur, Ridet Mars pater, & cruenta virtus,*

49 At quit huiusmodi historiam in nostrum Chorom? Multum propemodum igitur sub Pygmaeorum Gigantiumque metaphora, genuine delicatur denique principalis Tautologia. Gigas dicitur qui validus; & qui inbellis, vocatur Pygmaeus. Claret confusio Moab, ex his quæ passus sub Nabuchodonosor.

*Inter Pygmaeos non pudet esse brevem.*

Pudet inter gigantes: potissimèque si videret potentia quasi staturæ brevitatem, in eo qui numero, viribus, divitiisque gloriabatur quasi gigas. Fracta est Moabitarum potentia, & detumuit arrogantia; ut cladibus cognosceret, quam amaram, dereliquisse Dominum: etenim qui in cunctis gigantibus instar sibi videbatur magnus; iterum illata, uti Pygmaeus, parvus & modicus, nequaquam multus.

50 Conveniunt cogitationi Versiones in Litteræ expositionem diffusa. Forer. *Relin- quetur sicut racemus parvus in vindemia.* Hebr. *Reliquie reliquum, paucem, parvum & modico minus.* Maluend. *Paucum pusillum, plusquam parvum, parvum minus pusillo. Paucum, parvum minus paululum, valde parvum post pusillum & minus pusillo, valde modicum, paulisper, minus pusillo tempore.* Syr. *Levitas in omni multitudine multa.* Arab. *Cum universa gloria divitiarum eius, quæ pauca, nec pretiose, relinquatur.* Figur. *Omnibus divitijs Moab relinquatur paucus & inonoratus.* Oleastr. *Residuum, paucum, pusillum non multum.* Congruunt cuncta exterminio Moab, uti vidimus, præ superbia illorum inflati peccatoris. Aliqua ergo ingeramus ad mores; ut inter numerum humilium, magni vocemur in regno celorum.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. Excurs.

1. **P**ARVUS & MODICUS, NEQUAquam multus. Quorsum geminata diminutio- ne sententia; quasi multa possit esse exi- gua & parva? Quæ magna in mundo vi- dentur, quoniam mundi, ad nihilum rediguntur. Aliter accidit, in pauperes elemosynâ largitâ, quam inter bona amplissima secularia: & quia sunt ex in- opibus æterna, & quia fructus multus, qui tribuitur egenti pauper & modicus. 2. **PARVUS & MODICUS, NEQUAquam multus.** Sanè non multus, si modicè parvus: re- geritur Scriptura imbecillitatis myste- riosam periodum, propter certamen at- que victoriam Innocentium infantium: igitur uti gigantes mirâ floruerunt vir- tute; cum essent parvulli ætate. 3. **PARVUS & MODICUS, NEQUAquam multus.** Ut quit exprimitur, quod nulla infir- mitas, ubi iam supponitur minor parvo: In excellentiam gloriæ Seraphici Francisci; præ summa, mirâ, singulari hu- militate: equidem vel in terra Minor, multus; cum gigas diceretur modicè parvus.

4. **PARVUS & MODICUS, NEQUAquam multus.** Nescit homo quanti momenti atque lu- cri ex voluntaria, fructifera paupertate: quod quidem impulsit in invidiam Franciscum, ut mundum avarum doce- ret quantum: & qui parvus, quia modi- bus dicitur multus; quippequam opi- cus abundabat, quia nil habebat. 5. **PARVUS & MODICUS, NEQUAquam multus.** Huic opposita Tautologia: *Gigantes staturâ magnâ.* Utraque aridet in certâ- mine hereticorum pravitatis præsump- tionis, & Hieronymi pro veritati vir- tuti igitur qui videbatur illis parvus & modicus, nequaquam multus; gigas apparuit staturâ magnus. 6. **PARVUS & MODICUS, NEQUAquam multus.** Quo intuitu, *Nequaquam multus;* si mo- dicus, imò parvus? In respicientiam ex honore desipientium, toties regeritur argumentum suppositum: etenim in di- gnitate ex dignitate superiore non mul- tus, qui dotibus congruis, atque meritis parvus. Parvus sane in dignitate, non plus; ni plus ex se sine dignitate.

Stat.

Mantua

Uti. ex- positio.

Varietas leſ.

DIDASCALIA PRIMA:

Neesse est, ut faciat sumptum; qui querit lucrum.

Sufficeret accipientium voluntas grata, vel etiam ingrata, indigentis sublevata miseria; ut a potente magni haberetur elemosyna: quandoquidem etiam exclusa, non excludenda celestis elemosyna concessa huius quoque gloria est vita elevat enim ingeniose e sublevatione gratia, dum gratia transit in gloriam. Sic Dominus in terreno palatio (ait Gregor. Magn. lib. 6. epist. 25.) humanam gratiam tribuat; ut post ad celestis palatii gaudia eterna perveniat. Gratia sed humana, quae quidem est elemosyna: & gaudia aeterna in celestibus elemosyna praefinit; quippe quam eiusmodi mira gratia in gloriam subicere transit. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur: dicit Asertor N. Misericordiam? In premium, meritum datur? Utique, ut gloria misericentis explicetur: misericordiamque accipit, ubi in elemosyna misericordiam confert; quia tunc eximie largitur inopi gratiam, si considerat ut propriam: etenim festive elemosynam necessitati concedit; quasi ipse donando acciperet. Adspicitur misericordiam, qui misericors inopibus tribuit gratiam: equidem si ex sublevatione, gaudio inseritur solatium accipienti; in elemosyna premium manet quod confert solatium. Misericordia pro misericordia confertur: propter socias virtutes, promittitur gloria & datur: & in gratia miserantis largitate; pro gloria misericordia respondet misericordiae; quoniam in hac vita plus ampliorum non habet gloriam, quam inopibus afflicti abunde facere gratiam. In caelo non sedet misericordia, quae quidem comparsio de aliena miseria: & ibi nequit esse comparsio, igitur exultat passionis afflictio: misericordiaeque gratia respondet in caelo, quo manus misericordiae; quippe tanta gloria facere gratiam in vita; ut in caelo impensa gratia iure teneatur pro gloria.

Elemosyna gratia est in hoc mundo gloria.

Gregor. Magn.

Math 5

Gloria dantis gratia inopi.

Audiamus Paulum. Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae, ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Hancine auctoritatem fuisse expositam, Tom. 2. T. 11. D. 2. a n. 12. Ceterum restant plura pro argumento deliganda. Multa quidem in testimonio imple-

Hebr. 4. 15.

ta, quae videntur intelligentiae dissona. Si Christus in caelo maiestate & gloria throni, & gloriosus neque compati, quamvis summum ad indulgentiam veneremus. Pontificem; ratione itatus nullam potest habere comparsionem: imò in caelo Salvator N. non habet thronum in maiestate gratiae, sed in maiestate gloria: quidni signat Paulus thronum gloria, sed dumtaxat thronum gratiae? Est discrimen vocis respectu throni Salvatoris, & nostrae necessitatis: equidem quae nobis gratia, illi gloria; quoniam clemens eximiam ostendit gloriam, ubi afflicti inopibus distribuit clementiae gratiam. Torus est nobis, & illi maiestas quicquid nostrae utilitatis: Paulusque thronum gloria, designat gratiam; igitur ita in nos gratia continua propendet, ita avidissime laetatur, ut quamlibet exhibitionem gratiarum, eius in gloria formet maiestatis thronum. Illius amori blanditur, si quis accedit, ut clementiam consequatur: etenim illius contrivit thronum cum decore gloriae; qui pro clementia accedit ad thronum gratiae. Thronus gratiae eminent, & effulget in caelo, dum in gloria ostentationem altissimam in mundo; ut noceatur discrimen divini amoris, in sublevationem humanae necessitatis: equidem si in mundo erigitur fastigium thronus in gloriam; in caelo thronum exultat Salvator in gratiam.

Thronus gloriae Christi in exhibitione gratiae.

Perferentur. Designat Paulus, quid in throno fulgentem elevat, dum officiorum ingeniose loca mutat; dato caducorum gratiae, qui iure debetur gloriae; igitur thronus erigitur pro sedentium maiestate; ut effulgeret honoris decor, quo maior honor. Unde gloriosus thronus, sublimis dicitur gratiae, & non gloriae, quamvis gloriae; quoniam thronus gloriae Principis, gloriam habere ut possit anxius studere gratijs. Mendici sumus, ad ianuam magni patrifamilias stamus. Gratiam expectamus avidi, dum ille sedet misericors in maiestate throni gratiaeque appellatur, qui gloriae & in caelo dicitur; quoniam Numini gloriosior thronus, gratias posse conferre mendicis atque pauperibus. Crescit throni magnitudo opere gratiae, ubi in subditis nulla afflictio ex magnitudine throni; quippe supereminet maiestas, dum pectoris flammam expresserit generositas: gratiaque in throno-

Solium Principis, studeat gratijs.

throno designat Paulus ut gloriam; quia gloria throni, continuis donis sublevare miseriam. Hinc sedes maiestatis demonstratur uti gloriae thronus, ubi in sedente gratiarum signatur animus. Thronus eminentior ceteris sedibus: & sedentis in maiestate sedis thronus dicitur; quia concessione donorum ipsis gratijs elevatur: elevatur in gloria utique a gratia, dum in throno egentis pauperis sublevatur miseria. Ex articulo sublevationis pauperum, erigi constat maiestatis solium. Qui Salvatorem sequebantur vel necessitate premente, peribant fame Venerat enim ad illum multitudo magna, unde claruit misericordis gloria. Subiit ergo in montem Iesus, & ibi sedebat. Perproprie. Occasionem levandi necessitatem, si habet; qui corde pius, libentissimè quiescit: etenim si egestas ab illo aspicitur; non sedet; quousque auxiliatur. Priusquam Salvator sedisset, ascendit. Subiit in montem, & ibi sedebat. Thronum in elevatorem construxit gratia; atque in ipsamet gratia resplendit gloria; quia tunc ascendens promittit excellentiam maiestatem, dum manum extendit in pauperum afflictionem.

Elevatio necessitas pauperis, splendor est misericordis.

Ioann. 6. 3.

Arator. in 11. Ap. lib. 1.

Senec.

Quomo ad elemosyna faciunda

Verf. 5.

Sicut an xihoprg. ventis pauperis gratia.

re ad beneficia, sit melius; desiderium pauperum exaudivit Dominus.

Audiat iterum Paulus. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiae. Gratia, ubi sedentis augustè collocatur thronus gloriae? Nec sine causa, ut in gratiarum etiam modo, rutilet beneficiorum excellentia & magnitudo. Pende. Gloria datur gratiae: gratia verò egentis humanae naturae. Gratia natura indiget, ceterum gratiam non petit. Gloria petitur a gratia, quia cum gratia eget humana natura. Paulusque thronum gloriae dedicat gratiae, ut consulat in gratia gloriae eminentiae: igitur magnificè gratia eminet, & in thronum exaltatur; quando egentis naturae & non petenti conceditur. Natura cum gratia exigit gloriam. Gratia sine precibus concessa, ornat decore naturam: gloriaque thronus destinatur gratiae, ubi conceditur indigenti naturae; quippe in sedente ad dona thronus eminet excellentiae maiestatis, ubi gratia indigenti confertur, & ante preces. Cum fiducia ad gratiae thronum accedendum est; ut iona Paulina vox. Cum fiducia? Habetur ad gloriae thronum fiducia; quia habetur gratia, ob quam obtinetur gloria. Sine gratia, quae fiducia; cum minime ius habeat ad beatitudinis hereditatem, qui non possederit gratiam sementem? Non gratis conceditur gloriae relicitas: gratis datur adoptionis claritas. Unde ergo si gratis confertur gratia; ad gratiae thronum accedendum cum fiducia? Dicam. Ad gloriae thronum precatio cum gratia iure intercedit. Ad thronum gratiae, quia gratia intervenire nec valet. Ergo ad eundem cum fiducia ad gratiae thronum; cum desideratur ab inope beneficium, dum ante preces concedatur gratia, quilibet valet accedere cum fiducia: igitur in throno gratiae egentis gratia conceditur, antequam gratia petatur: thronumque gratia in hac vita nascitur magnitudinis; utia gratia infunditur, antequam preces interveniunt egentis.

Ubi sup

Elevat gratiam, qui antevertit se recundis

Gratia sublimior, concessa ante quae peccatur.

Plin.

Conditio nris ruit: nio elegit m/sug.

Patent ampliora misericordiae viscera, atque in egentis charitatis flamma: etenim in aeternum exemplum, necessitati pietas praevenerit auxilium. Materia est, dixisse nihil: nimirum sonora causa per se, quod lingua tacet. Describit Cordubens. Stoicus & floride blandiens liberalitati. Beneficium sic aemus (inquit 2.) Benef. cap. 1. quomodo vellemus accipere. Ingratum est, quod diu inter manus dantis haeret. Gratissima sunt beneficia parata, facile occurrentia, ubi nulla mora, nisi in accipientis verecundia. Primum est antecedere desiderium: proximum, sequi illud melius, occupare, antequam rogemur. Non tulit gratis, qui cum rogaret accepit. Nulla res carius constat, quam quae precibus empti est. Illud beneficium iucundum, quod obviam venit. Cuncta in donis commendatiora, inveniuntur in Salvatoris gratia. Multitudo famelica nihil petit, illeque prompte necessitati accurrit: gratissimum beneficium quod obviam venit: Christusque ita ductus & illectus venivisset favoris, ut excusaret ad gratiam illos impendere preces. Cum vidisset, quia multitudo maxima (Alapid. famelica) venit ad eum, dixit ad Philippum: Unde ememus panes, ut manducent hi? Antequam in preces egentis aperirent ora, sedentem in auxilium premebant curam. Nihil peterant, sed auxilium egestati desiderabant, & cum desideria preveni-





ostenderet. Etiam in pupis Innocentibus videtur mirabile, siquidem florent in hyeme: quorum pulchritudo præconis venustatis, & momenta pulchritudinis, ut obtinerentur martyrij coronæ; ex eo quod Christus floretet in carne. Hinc necitur: *Si floruisse vinea, & germinassent mala punica.* Per punica mala, ut diximus Tomis prioribus, signatur Martyrum sanguis effusus. Ad Gloff. Interlineal. hic. Punica mala sunt fructus; qui apparent in vinea, flores. Unde ergo purpora sanguinis Martyres punica mala, eò quod nascente Christo floruisse vinea? In montibus Bethlehem vites flores produunt, atque fructus simul unâ maturefcunt: igitur apparuerunt præ sanguine suo mala punica, Innocentes; dum novæ protulit Christus foetus nativitat. Venantius de *Partu Virgin.* à v. 179. in rem accinit:

Quomodo in nati-  
tes inno-  
tescent  
Martyres  
ex nati-  
tate Sal-  
vatoris?  
Veniãt  
Fottun.

*Primitia Martyrum Bethlemica pasilo lactans,*

*Qua meruit nascens vivere morte magis.*  
5 Aspulator Fulgentius. *Iste itaque puer (ait Sermon de Epiphania.) qui mundum creavit, qui mundum regit, qui omnia quecumque vult facit, qui cuncta mirabili atque insuperabili ordine disponit; hoc ordinavit, hoc egit, ut pueri mortem susciperent pretiosam.* Non essent Martyres pupi Innocentes, nisi Christi, vitis nascentis in hyeme, venarent flores: fuissentque malogranata, cum ingenta fructui corona; siquidem voluntarie in mortem pretiosam effuderunt cruorem, ut exprimerent Christi novam florentem in carne nativitatem. Magnum itaque esset ad pretium adultæ ætate; sed maioris momenti, vitâ incipiente. Pende ex contextu in portentum, proprietatem verborum: *Si floruisse vinea & germinassent mala punica.* Horum germina, dum flores in vinea? In germine, crunt; sed non sunt malogranata. Erunt fructus germinis, sed in germine non fructus, defectu maturitatis. In Bethlemiticis montibus, sunt simul flores & fructus; igitur Innocentium puero- rum fructus sanguinis, ex florida nativitate Salvatoris, qui virtutem illis contulit, ut fortitudo infantilem ætatem antecelleret: lamque mala punica dicuntur, procrita ætate; qui cunctis recens orti videbantur in germine. Videnda effuso lacteo sanguine, mirabilia; ut primitivæ Martyrum splendarent in Ecclesia, imbelli validâ eloquentissimâ infantia: quandoquidem si germen tantum infantes videbantur ad virtutem; virtute eximia fulgurant malogranata: quippequam brevi tempore, profuso sanguine, in

Lam fru-  
ctus recti  
nati, qui  
necidum  
erant in  
flora.

Fulg.

Mors il-  
lerum de  
signavit  
Christi  
natum.

Imporem virtutis visi sunt fructus in germine. Mariana hic succinit:

*Misit & vinea flores,  
Punicum malum mihi.  
Sed redijt velox: memini que vulneta fecit  
Sævus vigil.*

6 Innocentes occisi, ut claretur vel in germine fides: non solum sanguine fuerunt nativitat. Salvatoris testes; sed & præcones. Præcones; qui ætate infantes? Herodes (ait Leo Pap. serm. 2. de Epiphania. cap. 1.) *ignotum sibi puerum indiseretâ infantium caede persequitur, cum annunciatum calitatis dominatoris ortum, ubique fama loqueretur; quam promptiorem ad narrandum faciebat, & superna significatonis novitas, & cruentissimi persecutoris impietas.* Infantes Salvatorem non viderant; ad adinstar Baptista, de eius adventu in terras mirifice exultant. Planè præ ætate nesciebant: verum excitantur ex præconio plantum; ex eo quod Salvatoris, non visi, singulare præberent testimonium. Cum esset in Iordane Præcurior, vidit Iesum venientem ad se, & ait: *Ece agnus Dei. Hic est; & ego nesciebam eum: & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.* Quomodo si filium ad se venientem nesciebat, hunc essentialiter esse, atque Dei filium affirmat? Unde si cognitione esse non comprehendit mens; testimonium perhibetur, quod hic fit? Cum Dei filius ut homo in mundum iam advenisset; mundus eum non cognovit. Ioannes satagebat, quod eum cognosceret mundus, ut ab illo communicaretur salus; quippe advenerat in mundum, ut illum faceret cælum. Ioannesque affirmat, & illum nesciens, venisse; ut constaret in illo pretiositas singularis testimonij: igitur singulare, antequam Salvatorem facie cognosceret; quod de illo testimonium infallibile præberet: Vidit Iesum, & nesciebat. Illumque in mundo esse testimonij affirmat; ut prerogativam gratiæ mundus miraretur in teste; equidem prorsum mirabile quod signaret in hominis carne præsentem ipsum mundi Salvatorem; antequam eius posset cognoscere faciem. Hoc est testimonium Ioannis & infantium Innocentium; maius, quia infantium, Christum in mundum advenisse testantur: etenim astruxerunt, sanguine suo advenisse; quæ præ tempore & ætate videre non poterant nec cognoscere. Cognoscitur indita gratia, per infantium inaudita præconia: igitur in articulo Martyrij, excessus rutilat plenissima gratiæ; quod Salvatorem præsentem iam in orbe cognovissent, antequam illum viderent.

Ma-  
rian.

Leo Pap

Ioann. x  
29.

Christi  
ni vide-  
rant, &  
per fidem  
cognosce-  
bant.

Acci-

7 Accidit infantibus in huiusmodi mirifica confessione; quod Magis Regibus ductu fulgentis steller. In Oriente tanquam signum nati Salvatoris mirati sunt, & ita- tum qualifere, ubi natus fuerat Sol. *Ab Oriente venerunt, dicentes: Ubi est, qui natus est Rex Iudeorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum.* Non formidant vel periculo capitis, Herode Hierosolymis exercente tyrannidem; alium & Infantem dicere Regem. Nec umbra illi formidinis, mori decretis: igitur totus Regum conatus; signare, quod eius Salvatorem haberet mundus. *Considerabant (ait hic imperfecus Homil. 2.) Regem futurum, non timebant Regem præsentem. Abscuc non viderant Christum, & iam parati erant mori pro eo.* Ede iam in terris cognoverant, quod Hierosolyma cum Rege iniquo ignorabant: faciem eius inquirebant, ut adorarent, atque fidem in adoratione exprimerent; quin gladij tyrannici Regis formidantem discrimen; ut Salvatori nato (nec dum viso, & ante cognitum faciem) effuso sanguine prælerant adorationem. Clariùs in Didascaliam. Iudæi Salvatoris adventum cæci negabant: Magi natum inquirebant, sollicitantes & videje & adorare; & antequam viderent parati mori; quoniam stabant, asserentes Salvatoris in terreo mundo præsentiam (tameñ priusquam viderent) ita ut dum opus toto venarum sanguine; sumiter profiterentur, Salvatorem esse in orbe: effundentes & gaudi- bundi cruorem; ut recens nati, Dei filij signarent nativitatem.

Matth.  
2. à 1.

Zelus &  
religio.  
Magorù  
Christi  
quæse-  
tionum.  
Impre-  
fici.

Fulg.

Totus in-  
nocent u  
intuitus,  
quod ab al-  
vator  
natus.

infantes hominibus confiteri; ut rutilaret gratia Salvatoris in elinguis pupis, atque in illorum cordibus per fidem fides amoris: quandoquidem amiserunt lacti vitam, ut filij Dei in hoc mundo confiterentur præsentiam. Ut fideles serent speculatores tantæ magnitudinis, ac divinæ vel in terris excellentis maiestatis (alloquitur Petrus in credentium gratiam) *notam fecimus vobis Domini nostri Iesu-Christi virtutem & præsentiam.* Præsentia & virtus præsentis, ubi natus ut homo ex Virgine-Matre. Verum quæ virtus in mundo visa, ex Salvatoris præsentia; ut per eius specimen, speculemur maiestatis magnitudinem? Mors infantium quos tulit Herodes, cum non invenisset neque vestigium infantis. Nulla virtus in infantibus; & nascente Christo, in illis videtur virtus & insignis virtus; quia fecit Salvator elinguis dando gratiam, quod sanguine suo eas dicerent præsentiam. Eminent utique magnitudo gratiæ; quia loquebantur, qui nequibant loqui: si- malque per præsentie virtutem, pateret clarè advenisse iam in orbem.

2. Petr.  
1. 16.

Unde vir-  
tuti & gra-  
tia ex  
Salvatoris  
pris præ-  
sentia

Leo  
Mago.

Illum  
confessi  
sanguine  
antiqua  
valerent  
loqui.

Luc. 12  
41.

Baptiste  
quomodo  
at it in  
utero?

9 Innuit Leo Magni. quò dudum. *Potuerunt pro eo mori, quem necidum poterant confiteri. Itaque Christus, ne illum et tempus esset absque in raculo; ante usum lingue potestatem verbi tacitus exerebat: & quasi iam diceret: Sinite parvulos venire ad me.* Elucet iam miraculum ex Salvatoris præsentia, quum nova videtur virtus in infantium lingua: igitur illum confessi sanguine, antequam valerent loqui; quippequam licet sermo non esset in lingua, erupit tacitudo, eò quod à Christi præsentia in mutos manabat virtus. Excelluit Salvatoris gratia, & fidei infantium gloria: etenim Christum novo prodigio signare tacendo valent; antequam illum viderent. Plena Deo Virgo Mater ad cognatam accessit, & salutavit. Ioannes in utero sensit, & saltibus loquens Christi adventum mire plausit. *Ut audiret salutationem Maria Elisabeth, exultavit infans in utero eius.* Elinguis erat Ioannes in genitricis utero; sed venerat in mundum ut testimonium perhiberet de illo: visumque tunc singulare miraculum, eò quod elinguis de Christo perhiberet testimonium. Vox tunc mirabilis resonabat valde dulcis, quippe in caverna macerie, seu utero genitricis. Ex præsentia exultavit gaudibundus, loquitur saltibus; qui lingua nequit, ut Salvatorem incredulis indicet: palamque in Ioanne conspicitur gratia Dei; dum testificatur sic; quoniam ad Verbum in carne in mutis audiebatur vox. Tota felicitas hu-

humani generis, quod filius Dei veniret in similitudinem hominis. Venit, verum Synagoga obsecravit non cognovit. Ioanni congruebat voce dare existentie testimonium: perficiturque per inauditum miraculum; quoniam infans ex saltibus fecit linguam, ut in mundo mundus cognosceret existentiam. Fides emittit infantis, matris utero iacentis, speciali Salvatoris gratia, labio electo, atque mirabili lingua: siquidem & adesse monstravit, antequam illum videret. Mundi futura felicitas, cum fecisset Salvatoris presentie claritas, linguas infantium esse desertas; ut per mirabile testimonium, in mundum mundus cognosceret Dei adventum: inveniturque saltibus infans tacitus fermo; quia Verbum Dei caro factum iam existerat in mundo. Cum presentia Salvatoris futurum signum virtutis, quod non aliud nisi infantis testimonium: igitur claruit in orbe eius Salvatoris presentia; dum ex eius virtute adventum loquebatur elinguis lingua. Miris vocibus presentiam infantia dicit.

Ravil. Text.

Quomodo elinguis. In nocentibus loquebatur.

Perhard.

Cypri.

Datus est eis usus ratiōis.

*Blandula lingua refert.*  
 10 Quod mirum in Ioannis infantis voce, auditum etiam ex Innocentium sanguine: etenim in testem, etiam sanguis habere vocem. Effunditur ut per illum presentie Salvatoris testimonium perhibeatur: infantesque sanguine demonstrabant virtutem; quoniam elinguis loquebantur presentem. *Hic sunt* inquit Bernard, in eorum natali serm. n. 2.) *plani Martyres tui Deus: ut in quibus nec homo nec Angelus meritum invenit, singularis tua prerogativa gratia evidentius commendatur.* Suffragatur acuminis Suarius, Tom. 2. in 3. p. D. Thom. Disp. 14. sect. 5. Liqueat prerogativa divina gratia, quo nequid in pusionibus cogitatur meriti: equidem mortis lingua totum effundentes sanguinem, presentem in mundo afferebant Salvatore: pro qua magna pugna, gratie prerogativa, voluntate plena, amiserunt vitam, nati uti Martyres vel in infantia coronam. *Parvuli* inquit Cyprian, serm. de Stella & Magis) *subito sunt Martyres: & dum pro Christo avulsis à matrum uberibus detruncantur, testimonium, quod nondum poterant sermone perhibere passione: & sufficit causa testimonio, licet nondum eloquio distinguatur.* Illud spiritus infantilis vasculi receptaculum deferens, iam non tenelli corporis, atque nove novitie tempore tenetur; sed ab illis infantilibus coagulata anima expedita, ad preceptum intellectus plenitudinem, in occursum Christi festinat; à quo missa suè quærens li-

pendium, ad lucis & pacis æterna præmiatur gaudia. Assentitur Leo d. serm. 1. cap. 33. subdens: *Christus inserit celo, quos Rex impius eximit mundo: & quibus nondum sanguinis sui impendit redemptionem; iam martyrij tribuit dignitatem.*

11 Præsentem sunt in benedictionibus dulcedinis, usu concessio rationis speciali gratie prerogativa, ut voluntate & consensu adorientes pugnam; nanciscerentur aureolam, parti victoriam. Nequibat esse pugna sine rationis usu: & datur miraculo, ut tanta corona oriretur ex merito. *Puero* (ait Plin. lib. 11. cap. 51.) *primus sermo anniculo est.* Et de cerebro ibid. cap. 37. *Hic culmen altissimum, hic mentis est regimen. Uni hominum infantia paup'at. nec corroboratur ante primum sermonem.* Si Innocentes sanguine locuti elinguis, illorum corroboratum cerebrum usu rationis; ut per sanguinis vocem attestarentur Christum esse presentem; cum obtinissent intellectus plenitudinem; in quo mirabili articulo, causa sufficiebat testimonio: nacti mirabili propter passionem aureolam; quoniam difficilis pugna. Verum in quo pugna, & magna? An in vincenda tyranni crudelitate? An in voluntate ad deditionem colla? Nullo modo. Tota carnificina tolerata consensu. Unde ergo si non cruciaminum, magnam certamen sustinerunt passionem? Ex amoris in Christum vehementer flamma. Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione. Causa subest. Datur rationali fermo, ut per verba exprimeretur cogitatio. Hic est usus rationis, species expressa mentis. Præ atate loqui non poterant; qui rationis usum presentia Christi obtinuerant. Cupiunt præbere continuo illius nativitate testimonium; sed infantia labium mutuum; & ubi rationis interna usus sine eloquio, magna illorum dicitur tribulatio, quippe summa, in obsequium Dilecti, velle, sed non posse loqui.

12 Ioanni in utero genitricis fuisse concessum usum rationis, afferunt plures. *Quamquam etiam si usque adeo est in illo puero acceleratus usus rationis & voluntatis* (affirmat Augustinus, Epist. 57.) *ut intra viscera materna iam possit agnoscere credere & consentire; quod id alijs parvulis ætas expectatur, ut possint &c.* Succine dignatus Salvatore cognovit, cognitione exultavit, ut de illo testimonium præberet. At angitur, premitur, dum tunc usu rationis oritur. *Non fert enim presente Domino contineri. Non sustinet, nature expectare terminos* (ait ex Chrysolom, Metaphrases in Fest. Jul.) *& quid ego scdo vincius, & re-*

LeoPap

Plin.

In quo illorum pugna & magis

Quomodo est ut tenetia pugna ex illorum amicit

August.

Ubi sup.

Chrysol.

*timeor, ut maneam: Venit Verbum, & ego adhuc maneo detentus. Exibo, & predicabo omnibus: Ecce Agnus Dei: Cur ergo sicine angitur, ubi cognitione Salvatoris, accelerata ratione in meritum utitur? Ut significet quid, & etiam propter quem patitur. Fuit missus à Deo ut de Salvatore testimonium perhiberet: presentem cognovit, sed præ atate ut elinguis mutus iacer. Amore febratur, ut ille à mundo cognosceret: secumque contendit, & flammam amoris, ut cruciamen durum sustinet; in quo cordis palastra, ut compagatur corona: etenim pugna magna, velle pro fide testimonium præbere, atque defectu ætatis loqui non posse.*

13 En Innocentium martyrum præter gladium. Ut possint acquirere ex certamine meritum; gratia prerogativa singulari concessit rationis usum, & etiam ut in animis tenello corpore videretur, quod in alijs parvulis expectatur: atque obvia morte, possent & ratione & voluntate, cognoscere propter quem; & credere & consentire: igitur illorum anima ex coagulatis infantilibus expedita, intellectus plenitudinem adeptam, ad expressionem amoris, & etiam demonstrationis vel in puerulis virtutis. Hinc pugna maior, unde maior honor. Præconium Salvatoris, in terram existentis, erat illorum comanen, ad cuius opus vel illo in tempore concessit gratia rationem; ut in præconio profiterentur fidem, & sensa exprimerent mentis voce laudis, & constaret testimonium ex ore infantium atque latentium. Cupiebant, satagebant, ceterum loqui propter infantiam non poterant. Ex morte illata pugna: verum suspensio sermone magna; unde martyrij acrioris aureola; etenim gravius infantibus Innocentibus, Salvatore & presentem agnosce, credere, atque propter illum mortem pati; & atate tenella, vigilante ratione, nec posse exprimere. Virgil. 2. *Aneid.* v. 774.

Illorum pugna: Christi diligere, nec posse loqui.

Virgil.

Que tunc vox eorum, dum nulli in famulo

Ovid. Epist. 1. v. 10

terem Præverunt Christi obsequium, ut tanti amoris etiam infantes demonstrent studium. Ovven, lib. 4. *Epigram.* 151. *Pro Christo pueri sunt passi extrema, priusquam*  
*Christus pro pueris ultima passus erat.*

Ovven.

DIDASCALIA III.

S. Franciscus cognominis Minor, præ minoritate maior.

1 Portentum orbis & cæli (quod spectaculum & Angelis & hominibus) in presentia Didascalie, devotione ingenita, ostendere volo; nec satis erit quod cupio: quippequam eius insignes virtutes, vel facultas excedunt humane cogitationis, quo cognoscit gratum & adductum cor, quod ne voluisse fat est. Quid sit solum exprimitur, quum Franciscus excellentia magnitudinis adeptam, cognitionis designatur; cuius perfectionis cum nomine sit expressio: igitur cunctarum virtutum perstat & præstat imago. *In planitie Nili* (ait ex *Geograph. Arabic.* Kircher, Tom. 1. *Oedip. Agypt.* Syntagma. 1. cap. 7.) *simulacrum conspicitur, cuius manus pectori decussatim impostæ.* In expressionem amoris in Christum Franciscus in Ægyptum proficiscitur. Nihil ibi (volens pro illo pati) patitur; imò præ virtutibus vel à tyrannis extollitur. In signum dilectionis aliquid barbaris tribuit, quum inde recessit: igitur haud ibi valens effundere sanguinem, illis reliquit effugium: in quo simulacrum videntur eæ viva imagine, manus pectori decussatim impostæ. *Parvus & modicus* (id est, parvo minor) *nequaquam multus:* dicit nostra Tautologia. Ut quid exprimitur quod nulla in Moabi gloria, magnitudo; ubi iam supponitur minor parvo? In excellentiam glorie Francisci, præ summa, mira singulari humilitate: equidem vel in terra Minor multus; cum gigas diceretur modice parvus: magnitudinem quippe reputans minoritatem, humilitatis gloriose demonstravit perfectionem.

Franciscus portentum orbis & cæli

Virtutum lumina

Kirch. Imago eius ad oram Nili

Isai 16.

Horat.

*Parvum parca docent.*  
 Accinit Horat. 1. *Epist.* 7. v. 44. Fallitur, Cognoscitur sanè virtutum multitudine maior; ubi ad gloriam perfectionis, à se cognoscitur minoritate minor. Dicit ac signat Achill, Bocch. *Symbol.* 63.

In

**Achil. Boch.** Insigne Minoris atque Maximi. *Afrifer impositus capiti Polus ille supermo.*  
*Hoc est divini Numinis auspiciam.*  
 2. Imò signaculum: equidem in amoris speciem; suam ostendit in illo Christus imaginem. *Quæ sunt, & quid sunt, Franciscæ, plage istæ in medio manuum tuarum?* Eius itam respondit cor. *His plagatus in domo, qui diligebant me.* Elucet eius perfectionis insigne, ut plagas manuum factas dicit ab amore: igitur fit in Christo elucet stigmata stemma amoris; Franciscus verù signaculum similitudinis. Sic eminet: si negaverit, qui viderit; ipse vel tacendo proferat. *Benavid. 2. Horar. Succisso. Epigram. 6.*  
*Nam potest, eloquio nunquam cessante, dicitur.*  
**Benav.** *Cista vulneribus quinque per ora loqui.* Hoccine Francisci monumentum. Omnes qui viderint eum, cognoscant illum. Ictus desuper, icit: percussus percutit. *Plaga* (ut modularur Ioann. Pontan. lib. 1. Epigram. 5.)  
**Pontan.** *Nec illi praripui sensus: & amara videndo vulnera dat.*  
 Patet ex utriusque plagis, quomò Christus & Franciscus illis videntur conformes.  
 3. Satagebat Deus, conditus hominem ad imaginem & similitudinem suam, redde re gratia formam; quippe primævo crimine, similitudo evanuerat in imagine. Unde Regius Pfaltes, *Pfalm. 85. 8. Quid similis tui?* ait. Nullus, quia nullus secundum opera eius. Saxeo cuncti perlabant corde, documenta dantes, qua ex origine nati. Sollicitabat homines fieri conformes imaginis filij suis; sed invenit corda & impolite lapidea. Unde in impresionem similitudinis præ indocilitate imaginis; excudendi lapides tuncionibus & pressuris: cumque non valeret in Synagoga; gratia futura in Ecclesia: quapropter spondet: *Ponam portas tuas in lapides sculptos.* Hypallage: pura *Lapides sculptos in portas.* Symmach. *Lapides sculptura.* Aquila: *Lapides perforationis.* Maluend. *Lapides rubros inflammationis scintillantes.* Quid sculptura horum lapidum? Calatura stigmatum; cuius exemplar Christus: in quo ad vivum expressæ, imò spirant verè virtutum omnium imagines: subdit hic Doctis. Sanctus, num. 38. Quid signatam & expressius in nostram causam, dum sicine pulchrè ornata consideramus Ecclesiam?  
 4. Iam invenit Pater cælestis in Francisco, quomodo filij sui rutilaret imago:

equidem fit vidit mundus quinque plagis vulneratum, miratus est in Francisco stemmata quinque vulnerum, impressorum facro corpori; ut videretur conformis imaginis filij sui. Quis similis tui Domine? Franciscus divina prerogativa, singularissima gratia; quippe quam servus ambulat in carne secundum opera tuafactus spectaculum etiam Angelis; igitur apparet mundo homo de terra cælestis. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* dicit Conditor rerum. *Ad imaginem & similitudinem Christi:* ait Tertull. *Adversus Praxeam, c. 12.* Quorsum, & in quo similitudo imaginis? In sculptura imaginis Salvatoris; cuius similitudo Franciscus perforatus in carne quinque vulneribus, queis ad vivum expressæ, imò spirant omnium virtutum imagines: igitur fulget Seraphicus, homo factus in humano corpore, ad imaginem & similitudinem Christi: cuius conformatione Franciscus a Patre cælesti electus perfecta imago, ut solum suum revelaret in eo.  
 5. Obiter observæ verba prophetica Zachariæ: *Ecce lapis, quem dedi coram Iesu. Ecce ego calabo sculpturam eius: ait Dominus.* Hebr. *Ecce ego aperiam aperturas eius.* Aperire aperturas est celare quasi vulneribus lapidem impolitum; quippe ad similitudinem sine sculptura vulnerum non erat conforme institutum simulacrum. *Lapis iste impolitus arte perficietur; pulcherrime, atque gloriosus.* Hic à Deo artifices summo, magno studio calabitur; ait præfatus Sanctus in *Paraphras. v. 9.* At quo rudis lapis sine similitudinis forma, perfectus & gloriosus in figura? *Vulneribus, plagis, quibus corpus aperiri voluit* (hic subdit Alapide) *ut immensam charitatem intus latentem, per has quasi rimas ostenderet.* Id, Francisci imago mirifica præ se fertur. Verum quo intuitu lapis hic calatus vulneribus coram Iesu demonstratur? Propter antitrophem (Hispanice, *Cotejo*) vel ex collatione apodofim: ut videretur, quam calaverat vulneribus Francisci imaginem; an coram Iesu perfectam haberet similitudinem. Collata ergo vulnerum calatura coram Iesu eius in Francisco imago; respondit ad amamsim cunctis numeris perfectio: igitur studio summo artificis, sculptentis in similitudinem omnimodam conformitatem; coram Iesu Franciscus imago exivit ad unguem. Non est distinctio: etenim si utriusque confertur imago;  
*Aut utramque putabis esse veram, Aut utramque putabis esse pictam.*  
 Patre de imagine complacente; quippe iam in-

Unde: *Frisciscus est formis fit imago ni filij. Dicit Gen. 1. 26.*

Zac. 3. 9.

Hebr.

Sanct.

Alapid.

Omnis ex oritico respondet prototypo

Mart. 1. Epigram. 1. 10.

inventus homo conformis imaginis filij sui.  
 6. Hinc ut vidimus, dixit Creator: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Pende Ambrosij verba in *Lucam, lib. 10. Similitudinis* (infit) *emulatio est. Solus enim Christus esse plena imago Dei.* Iustus autem homo ad imaginem Dei est. Unde Augustin. ( & DD. Scholastici cum Magistro, 2. *Sentent. distinct. 16. & D. Thom. 1. part. quæst. 93. art. 1.* ) tam lib. 83. 99. q. 73. quam de *Trinit. lib. 7. cap. ult. ait: Huius rei significanda causa, homo ita imago est, ut ad imaginem sit: similitudine acceditur ad Deum.* Elucet quare lapis plagis ac vulneribus decore calatus, coram Iesu, similiter sculpto plagis, expositus, ut stigmatibus etiam in terris gloriosus splendet Franciscus: equidem cum ad unguem cum prototypo quateret similitudinem; non solum factus imago, sed ad imaginem. *Arduum* (dicit Plinius lib. 4. *Epist. 28.*) *similitudinem effingere ex vero: longè difficillima est imitationis imitatio.* Superata difficultas, ut sicine fulgeret homo; stidus magno ab artifice summo; dum insignes imagines calata fierent ex plagis conformes ad propositum artificis: quippe quam claruit perfectus; ubi Franciscus imago & ad imaginem factus. Rutilat in Seraphico, quod vivide in flore Indico ( *Velgo Granadilla, vel Flor de la passion* ) de quo Epigraphæ: *Christi tormenta figurat,* apud Picinell. 9. *Mund. Symbol. n. 45.* Ibi per tormentorum instrumenta figuratur Christus: ex Francisco vigilantibus species decoris eius. *Causin. 10. Symbol. 34. accinit:*  
*O dilecte Deo, cui calum neclare sudat!*  
*O fert congesti pondera tota Dei.*  
 Lucret ex geminis unum. Ligat eadem catena Redemptorem & redemptum: igitur in theatro carnis, divini exponitur scena doloris.  
 7. Refert Lipomanus in eius *Vita, & Bagatt. Tom. 2. Mirabil. Orb. Christian. lib. 5. cap. 2. n. 52.* *Femina Francisci venerationi addictam, coram eius imagine suppliciter deprecationibus pronam; advertit, imaginem esse sine stigmatibus. Percellitur pectus, eius amoris atque devotionis thronus: Et ecce subitò apparuerunt signa illa mirifica in pictura; sicut in alijs ipsius Sancti imaginibus pingi solent.* Femina que devota, si imaginem Francisci habet; quid in imagine querit? Francisci imaginem, per quam illum reverenter adorat: sacraque vulnerum signa & insignia desiderat; quomodo

Gen. d.

Ambr.

August.

Cur Fr. ciscus Dicitur imago & ac imaginem.

Symbol.

Picinell

Causin.

Lipomà

Speculum Salvatoris

niam licet ibi imago; non erat ad Salvatoreis imaginem, cum non videret, nec inveniret ex plagis similitudinem. Occulta nobis in mundo, que in celo gloria ex vulneribus Christi. *Videmus nunc* (inquit Paulus) *per speculum in enigmate.* Græc. *Per imaginem.* Per speculi imaginem, dum inquirimus speciem? Utique, quippe procedimus de claritate in claritatem: igitur ab ipso cælestis faucio, calato Francisco; stigmata Christi explorantur in imagine similitudinis, uti in speculo. Similis itaque forma, *Ceu lævi in speculo solet apparere figura.*  
 8. Non omnibus textum istæ, qui splendide suffragatur nostræ cogitationi. Eminent Franciscus lapis vulnerum perforatione calatus; ut Deus poneret portas in Ecclesia lapides sculptos: quia per illos (infit Sanctus, num. 37.) *plurimum in eam civitatem, sive familiam introducuntur.* Pro *Lapides sculptos*, Leo Judas legit: *Ordinem lapidum crystallo.* Quid ordo lapidum in familia ædificio, cum ostio vulnerum sculptura calato? Porta sicine consistit in claustris, ut ingredientium lapidum servetur ordo: etenim si porta obseverentur sculptura; ordo lapidum erit, sed sine ordine. Clarius procedamus. Lapidus sunt ingredientibus in familiam, & habentes Franciscum stigmatibus Christi calatam portam: ordoque lapidum signatur, dum Seraphice Familie claustrum constituitur; ut videant in porta Salvatoris imaginem, qui volunt ingredi in ordinem. Portam, ut intrent per illam; qui imitatione patris sollicitant gloriam: igitur exitus per ingressam erit cælestis, si in imagine respiciant stigmata Salvatoris. *Ordinem lapidum ex crystallo.* Hi lapides rubri scintillantes ex vehementia inflammationis; ut vidimus ex Maluenda? Utique, quippe cuiusmodi vulnera Familie Seraphice sunt stemma: quod quidem pro vexillo sequuntur & enixe imitantur, dum per portam sculptam in ordinem ingrediuntur; quippe si Christi patientis in sequelam sollicitatur imago, tamquam crystallo purissima reverberat in Francisco: & rubro colore scintillantis sanguinis, ex vehementia inflammationis. At quid inflammatio modò? Constat ex cordis incendio; quod foras elicit, quod tempore corde latuit: quandoquidem si inflammatio sape ex vulnere, vulnera Francisci ex cordis inflammatione. Incendium amoris est. *Incitò, ut canit Musæus, de Heron. v. 300.*  
*Purpureum palpitat cor.*  
 9. Observaveris in delicateatione latentis arcani, præfata dudum verba Zachariæ.

i. Cor. 13. 12.

Virgil. de Spe.

Isai. d.

Sanct.

Quare calata dicitur porta in Seraphice Familie

Frane.

Franciscus lapis celatus Christi vulneribus est; & uti mago per vulnera, confertur coram Iesu. Ex celatura, cuncta Francisci dimanabat gloria. Quid ergo in eius honorem Dominus. *Eccē ego celabo sculpturam eius.* Pende, *Eius.* A Domino factum est istud, quod est mirabile in oculis nostris. Quidni dicit, *Sculpturam in eo, sed sculpturam eius;* cum in Francisco vulnera celaturus? Sunt stigmata Francisci, vel inferentis? Sunt vulnera Salvatoris. Ergo non eius, sed in eo mirabiliter impressa. Et quid igitur signatur *Eius*, quasi essent propria? Quia eius, & in eo, ut exiret in imagine perfecta similitudo. Prorsus quā habet in carne, vulnera crucifixi Franciscus fovit in corde. Prius in peccatore, quā in corpore: in peccatore impressione charitatis flagrantis, in corpore ex vehementi inflammationis: & quae stigmata patuerant in eo, dicuntur eius; ob inflammationis excessivi amoris minus: quandoquidem non valens ferre flammam, & charitatis ignitē vehementiam; foras deduxit impressa vulnera cordi, ut respiraret ex incendio rupta carne. Accidit, quod Ieremia, *Fortior me fui,* & *invaluit* indicit Domino. Vulnera accepta, quin aliquid loqueretur, recondit corde: sed absconditus sermo (subdit) *factus est in corde meo, quasi ignis exarsit, claususque in osibus meis;* & *defeci, ferre non sustinens.* Stigmatibus Franciscus Crucifixi factus imago. Vulnera non erat eius, licet essent in eo; quia subducta ab humanis oculis, dum excussa in medio peccatoris; corde atuantē, accessio vehementius igne: ad quem ferendum cum non esset validus, quā in eo vulnera, designantur ut eius; quoniam Francisci intus vulnerati charitas, in amoris refrigerium impulit stigmata foras.

Zach. d

Vulnera prae amore igne elicitur in carne, quae habet in corde.

Ierem. 20.

Virg. 9.

Virg. 6. Aeneid. 78.

Eius stigmata in ampulla feruntur liquet.

die sacrorum Stigmatum effervere & ebullire. Additque Silvester a Petra-Sancta, de *Miracul. perpet.* cap. 12. *Sanguis Francisci, qui in ampulla devotē asseruatur Roma; in vigilia solemnitate eiusdem Sancti, mirabiliter liquescit.* De huiusmodi prodigio loquemur, cum agamus de Protomartyre Stephano, *Tautol.* 10. *Didasc.* 1. a. n. 7. Modò observandum, quod in Potentia (Apulia civitate) Rogerio, Ecclesiae Maioris Canonico, contigit; qui stigmata impressa à Christo, quasi impossibile, nullatenus credidit: sed antequam Ecclesiam ingrederetur, invisibili sagittā vulneratur. In palma sinistra manus sub chirotheca graviter se sensit percussum. Moxque (refert Uvading, *Annal. Minor.* Ann. 1228. nr 16.) *Itam vulnere sauciatus, quā sonitu iacūs teli obstruē factus, chirothecam de manu traxit. Cumque nulla fuisset prius in palma percussio; conspexit in medio manus plagam quasi sagitta: ex qua tanta vis prodecebat ardoris; ut videretur ex illo descere. Mirabile dictū! Nulum in chirotheca vestigium apparebat, ut latenti plaga latenter insidiosa perforatio responderet. Clamat, rugit dolore: credere se veraciter sacra stigmata S. Francisci, fusetur. Orat suppliciter Sanctum Dei per sacra stigmata sibi subvenire. Mirum valde. Sanationem mentis sanatio sequitur corporalis. Omnis quiescit dolor, frigiditas arbor, & nullum remanet vulneris vestigium.*

Petra Sancta.

Uvad.

Cultrus vulneratus, qui hunc prodigio negavit assensu.

Fulminis efficacia in resistētia.

Luce.

Quis per tanto cuiusque f. stant.

11 Patet ictus è caelo miracifica vibrationis, quasi ictus fulminis: etenim pugna & efficax eius flamma duntaxat in resistentia. Exempla videtis apud Plin. *lib. 2. cap. 51. & 25. cap. 2.* Senec. *qq. natural.* lib. 2. cap. 31. Aristotel. 2. *Meteor.* cap. 1. & lib. 3. cap. 1. Varron. *Rer. divin.* lib. 3. denique Caelum Rhodigin. *lib. 8. cap. 13.* Felmen ab aethere in incredulum torfit Franciscus, quod demonstravit eventus: siquidem intacta ac illasa chirotheca, visa in manu infecta desuper plaga. Lucretius, 6. de *Rer. natur.* a. v. 346. succinit: *Mobilitas autē fit fulminis & gravis ictus. Incolomesque venit per res, atque integra transit* Multa, foraminibus liquidis quia transvolat ignis

12 Paralyticus, cui à caelo propter cri-

Ermen, immisissum languoris fulmen, ut ait Hieronymus hic, v. 6. oblatas est Salvatore, ut eius virtute percussam restitueret sanitati. *Paralysis ita nervos corporis dissolvit, ut homo impotens sit ad se movendum fiatque quasi inanimatum cadaver, non nisi ad penam suam vivens: ideoque ferē immedicabile, & in laeo quasi vivo sepulchro recondendum.* Haecenus Alapide. Percussus erat languens pre dolore plaga pelsimā; illique dixit Christus: *Confide sui remittuntur tibi peccata tua.* Quid Domine? Ictus non petit criminum remissionem; sed è tanto dolore liberatatem. Ut quid igitur exponitur remissam peccatum, ut sanitas illi restitueretur in integrum? Ut cognoscat faucis plagam è caelo fulminatam corpori, ex anima gravi vulnere; ex cuius ardore deficere videbatur, ni fides auxiliaretur, ex cuius defectu, plaga dolentis gravabatur ictu: igitur vulnus premebat, & saucius unde venisset, penitus ignorabat. Congrebat scire unde infirmatus, ut è caelo languore percusso concederetur sanitas: illicque dicit Dominus peccata remitti; quoniam plaga immisissa corpori, ex saucia atque lesa mente: etenim integrè ex vulnere illato sanitatem obtineret, si mentem errantem in meliora mutaret. Exhibetur faucio vulneris causa, & simul in auxilium demonstratur medicina: igitur nanciscetur vel in corpore salutem, si incredulitatis via mens cognoverit errorē. Ita factum: ingressa fide, neque vulneris vestigium. Introivit erga Franciscum fervens ex veneratione amor; & statim ex percusso exivit vulneris dolor. Credit, & per monita taciturna penarum, — *Manet alta mente repostum*

Alapid.

Matth. 9. 2.

Uv. st. adhibita sanata plaga.

Virgil.

Galat. 2. 19.

Amor Francisci, in Amorem

Bonav.

Amor Francisci, in Amorem

Nonne sicine insignita erit Salvatoris imago? Apparuit nobis, in gloriam aeterni Patris, qualis esse *Dilectus ex dilecto.* Ipse cantat, ut legeris in eius *Opuscul.* *Amore vicium languo, Et semivivus ardeo, Corpus ingenti cecidit sub Ictu. Rupit impresso mea corda telo. Usit interdum mea corda flammā*

*Ignis amoris Mater in amorem; deseram memet mihi Mortuus, amori vivus, atque amor novus.* 14. Ac unde novus amor? Franciscus verè Phœnix per ignis amoris flammam: excepit ex morte & in morte vitam. Qui moriebatur vivens, vivit moriens. Ut Phœnix floret: etiam si mortuus fuerit, vivet. *Nos vita vivimus tantum.* Franciscus duplicem habet spiritum: habens enim Crucifixi formam, modo mirabili vel in terris habet vitam post vitam. *Christi tolerantis sedulus imitator* (inquit Bric. *Ann. Christi.* 1182.) *ut eum non tantum animo, sed & corpore utcumque repraesentavit, imago spirans Dei crucifixi.* Mortuus est utique, sed stabat amore. Patuit effectū, eò quod in mortuo non mortua decora amoris imago. *Mirandum prorsus* (ait Thom. Bozius, lib. 15. de *Signis Eccles.* cap. 9.) *quod de corpore S. Francisci memoria proditum, stare illud nullis humana industria fulcibus subnixum, sola divini spiritus vi sustentatum, facte totā, oculis, & manibus lunatis, in caelum semper intentus, supplicantis in modum; nulla vetustatis vi debilitatum, nulla temporis iniuriā parte aliqua incurvum. Id profectò tanti est, ut cum sit viventium stare; defunctorum, subitò homi procumbere; nemo tamen vel vivens inveniri adhuc potuerit, qui animum persisterit in precibus immobilis.* Eadem Uvading. *Ann.* 1230. Claret iam orbis portentum, qui fuerat orbis ludibrium; quippe qui ante obitum mortuus, post obitum viget in pedes stando vivus; gaudens in morte singulari charismate: igitur in illa habet, quicquid Numen dedit homini, ut viveret. *Os homini sublime dedit, celumque tueri iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.* Ut canit Ovidius, 1. *Metamorph.* fab. 2. & Sil. Italic. 15. de *Bell. Punic.* a. v. 85.

Cant. 9.

S. Franc.

Cur eius novus dicitur amor?

Eccl. 48. 10.

Bric. Cur ut Phœnix.

Thom. Boz.

Mortuus in pedes stat.

Ovid.

Gen. 25. 10.

15 Per transnexam huiusmodi articulum tetigi, *Tom. 6. T. 6. D. 6. n. 10.* ut hic agerem ex professo, nec levi manu. Ibi quia in pedes sepultus, Abraham erectus singularis titulus. Unde dicitur: de eius in tumulum spelunca: *Ibi sepultus est ipse.* Quorsum ipse? Et ipse, quomodò? An quia mortuus, *U. 2.*

U. 2.

in



in sepulchro non iacebat, sed stabat? Franciscus superat mirabile opus. Stat mortuus; sed mortuus stat, & non sepultus: igitur sepulchro non eget, qui morte nequaquam iacet. Ratio subest in termino clausula. *Ibi ipse*. Non ipse, qui iam mortuus, & ibi sepultus. Explicat vocis mysterium, in singulari miraculum, post mortem situs Seraphici: tuncque vel morte iure nominatur *Ipse*; cum mortuus in pedes mirabilite staret, quasi viveret. Subnititur solâ divini spiritus vis; & cum mortuus non valeat, stare, stat; ut constet opposito situ, habitu, vultu, mortuus insepulti celeberrima gloria; cum gauderet ipse solus inauditâ mortis vitâ. Tempore non curvatur, spiritu tantum nititur. Deus in medio eius: non commovebitur. *Supernè fulmine icti, considunt*: ait Plin. 2. cap. 54. Id est, *Figuntur*, asserit Dalcampius. Quid si Franciscus in ipsa morte non cadat; quum divini amoris trifidulo fulmine desuper ictus expirat? Iccirco in morte canit (cum Frater Elias diceret, quod plorare deberet) succinens: *Bene venis soror mors*; ut refert, qui dudum, *Ann.* 1626. n. 22. Oportet Parcam, ut in eius confortio designet vitam. Vitam profectò indicabit ipsa mors, ubi post obitum, qui non mortuus stat. De Phœnicis obitu, ut dixi alibi, canitur:

*Non ea mors dicit, sed nova vita potest.*  
In morte non mors, quia vita, sed vita nova: etenim novum, cadaver sine vita constitui; & in pedes inflexibile, immobile diuturno tempore stare.

*Excubat in medio Deus: hinc timor effugit omnis;*  
*Numine sic aras nobilitante suas.*

16 Articulus plenissimè exponitur à Siracide, quasi specimen situs in obitu nobilissimo Francisci. Imago Christi quinque plagis exponitur; qui quidem *firmabitur in illo* & non *flebitur*. Maluend. *Non inclinabitur*. Tigrin. *Firmatus, statu moveri non poterit; qui fuerit innixus huic. Continebit illum, & non cadet*. Exponitur sanè tabernaculum corporis Francisci, in statu cadaveris, proprietate viventis: etenim si homo deficiente vitâ, in terram corruit, in centrum procumbit; dum Franciscus moritur, in pedes erigitur, quin deorsum uti corpus mortuum inclinetur, nec valeat tempus, ut curvitate demutetur situs: igitur ille spiritus, cuius erat imago, valuit in eorpe mortuos, quippe licet pondus & tempus inclinant, ut cadaver, tamquam cadaver curvetur, nullo modo flectetur, verum in situ firmabitur. Pende in Fran-

Gaudet invidita mortis vitâ.

Plin.

Vvâding.

Camer. 5. Embi. 100.

Et vitâ nova.

Crucius

Ecl. 15 3. Maluend Tigrin

Unde cadaver nō flectitur, firmatur

cisci gloriam ampliore gratiam. Cum infortia temporis, & exilio vultutatis, stat sine iniuria corpus pulchrum & nitidum, ut asserit Bonaventura, ubi supr. & Bagatt. d. lib. 6. cap. 3. §. 2. n. 26. quo munere, ille cuius erat imago, *exaltabit illum apud proximos suos*. Tigrin. *Supra socios suos extollet*. Qui proximi Francisci fato sancti, aut quoniam post mortem socij; dum devotè recluditur, ut inter illos plus dignatus exaltetur? Sancti Dominicus & Petrus Nolascus (uti dixi, loc. cit. *Tom. 6.*) qui iacent ibi, virtute comite, postquam illorum defecit mortalis vita, atque rapuerunt athera. Unde dum Francisci corpus vel post mortem firmatur (quia non flectitur) inter proximos socios (quia non flectitur) inter proximos socios in monumento exaltatur; quoniam dum iacet penes illum utriusque corpus, Franciscus stat immobilis etiam in pedes erectus.

17 Causam huius stationis attribuit Theresia vehementiâ amoris & sublevationi mentis, in Deum potentij omnibus raptis. Ita pluribus in locis (quam sequitur Ioannes à Cruce, tam in *Afersis*, in *Carmel*. lib. 2. cap. 5. quam in *Flamm. viva Amor*. *Canc.* 3. §. 3. & *Obscur. Noct.* lib. 2. à cap. 15.) sed præcipue *Epist.* 18. n. 11. & 19. ubi ait: *Impetus ergo spiritus* (suspendium animæ, quem desiderabat lobus, cap. 7. 15.) *sive raptus, se vehemens, illo remanent frigida & sine motu manus. Unde corpus sic subsistit, prout raptus invenit: si stat, stabit; sicque permanebit: qui tantum gaudium recipit ex his que videt; ut videatur corpus ab anima deseri, quasi non animaretur*. In huiusmodi animæ articulo, ut inquit ipsa in *Mans. sext. cap. 8. & 11. & in Vita, cap. 16. 20. & 29.* tota animæ raptè sollicitudo est mori. Quod sæpe pluribus ad velle negatum (ut videbimus *Tautolog. ult. D. 2. à n. 3.*) tunc raptò in Deum Francisco, concessum; reliquitque corpus, prout invenit raptus. Stantem Franciscum invenit: & sic reliquit: quid si elevatus oculis, manibus iunctis, intentus in cælum, supplicantis in modum, stet post mortem erectus; si non aliter invenit cælestis raptus? Orantis exhibet, quam habebat formam; dum stans reliquit vitam. Apparuit Machabæo Onias post mortem; exprimens habitu & vultu, quam exercebat in vita virtutem. *Post hoc apparuisse & alium virum* (Græc. *stantem*) *atate & gloria mirabilem, & magni decoris habitudine circa illum*. Non cognoscenti Machabæo, dixit Onias: *Hic est fratrum amator, & populo Israel. Hic est, qui mutuum orat pro populo & universa sancta civitate*. Elucet in Francisci obitu, quod ibi revelatum in spiri-

Verf. 4. Tigrin

Inter De inimicū & Nolascum ia enter, stat Franciscus.

Theresia

Causa stationis.

2. Mach 13. 13.

Verf. 14

Tri

ritu. *Franciscus Seraphicus Assisi* (subdit Bagatt. d. *Append. 4. ad cap. 3. lib. 6. n. 219.*) *stat integer & incorruptus, quasi viveret & spiraret*. Stat & mortuus, & ad cælum extensis manibus ad modum orantis, fratrum amator, & urbis, à qua catholica fides stat & stabit. Ita raptus invenit. Firmabitur, non flectetur: & ut nescientibus virtutum Francisci innotescat & magnitudo & perfectio; post obitum, stans & orans indicatur à Dominico. Si in huiusmodi mirabili gloria latet quis; socius respondet: *Hic est*. Ipse modulatus *Cantic. 3.* *Quid vulneratum perdis anans Amor? Mibicor oculum facibus eternis flagrat; Facibus amoris. Uritur & ardet: Et vita mors est; moritur & vivens perit. Amore morior: cordis & viduus gemo.* Quomodò huiusmodi consona contrarietas in amore vehementi; videbimus loc. cit. ult. *Tautolog. Didasc. 2.*

18 Aphrothegma celebratur Vespasiani, Imperatorem stantem mori oportere. Sueton. in eo, cap. 24. & apertius Seneca de viro in virtutibus perfecto, *Epist. 8. Que imperant, in actu mori. In præcipitia cursus iste deducit. Huius eminentis vita exitus, cadere est*. Alium Franciscus in exitu vitalitatis habet exitum. Non cecidit, sed morte subsistit, in morte situ & post mortem ostendens gloriam mirabilem: etenim si Imperatoris muneri congruit, stantem mori; amplius Francisco decus, mori & stare. Diximus, in Francisco patere, quomodò per signata, in portas lapides sculptos construi (qui quidem lapides sancti, hac cælaturâ insigniti) quibus cadere commune, in corporis tabernaculi depositione. At ut dicit Propheta: *Sedabit illos Dominus Deus eorum in die illa; quia lapides sancti elevabuntur super terram eius*. Articulus elevationis Francisci in ipsa morte, est plenissimè expostio sententia. Lapis vivus, vulneribus (ut imago Salvatoris, in similitudinem ac conformitatem) vivit cælatus. Huius eminentis vitæ exitus, cadere est. Secus in Francisco fuit: igitur sic illum Dominus exultit, ut casurum elevaret, vulnerem ditatum insignijs, ubi in terram cadaver descendurum tamquam lapis. Non erat tantum lapis, sed lapis sanctus; quippe mirabiliter insculptus; & ut illius gloria demonstraretur prodigium; elevatus & erectus in ipsa morte habuit exitum, & in exitu non casum: quandoquidem & corporeus stat pede, quasi sine ullo corporis pondere. Hic est Franciscus: post mortem etiam

— *Sine pondere pondus.*

Bagatt.

Amoris vehentia & perijt qua à fonte ostenditur vita.

S. Francisc.

Sueton.

Seneca.

Amantis stemma insigni mori & stare.

Zachar. 9. 16.

Erectus ac elevatus in tumulo ex vulnere tum in impressione

Pamphil. 2. 4.

*Pondera defecit, non ponderosa manu.*  
19 Quomodò spirafte verum erit, qui in pedes post mortem silit? Plus dignum admiratione: Franciscum mori & stare. Phœnix in morte viget charitatis igne. Illi mors vita & vita nova: imò noviter, quia sine vitalitate; in quo maxima singularissima gloria, eò quod flamma coruscet vite, ubi vitæ longæ flamma: que ab æthere provenit, dum ex vivo in eodem situ permanet, erectus quasi subsisteret: ob cuius miraculum, gaudet mori festinus in ortum. Gregor. Nazianzen. *Tetrastatic. & Carin. ad Virgines*, succinit:

— *Surgit sine corpore corpus.*  
*Haud secus egregia redduntur morte perennes.*  
*Dum pia divinis ardescunt peccora flammis.*  
Fulgurat Franciscus minor, inter maximos maior; & qui parvus & modicus, in gloria & Familia Seraphica multus: cum illum uti Phœnicem in cunctis singularem, divinum amantem Amorem;

*Innumera comitentur aves, stipetque volant.*  
*Allium suspensa cohors, exercitus ingens.*

Unde Phœnix plauditur?

Gregor. Nazianz.

Minor & maior.

Clusid de Phœnic. à v. 78.

DIDASCALIA IV.

Francisci dives paupertas.

1 IN propositi singularis argumenta, ad arguendum cadit principalis Tautologia. *Parvus* (dicitur) & *modicus, nequaquam multus*. In pauperissimo Francisco, suppositi omnino explorator mutatio: igitur in opibus cum admiratione multens, qui ac se modicus & parvus. Ita virtutes ostentant, & excitus acta probant. Pauper pauperiori non tam donabant, quam iure cedebat. Refert articulum Bonaventura. Palliolum pauperi nimis femina remittens, dicere iussit: *Retinui, donec equioris tituli possessor appareret* (inquit in eius vit. cap. 8.) *reputo enim, qua nobis conferuntur, in nostrum cadere asium, donec indignior supervenerit*. Ita charitate factum, & ex necessarijs præstitis in cunctos fratres furxerit emolumentum; quoniam semper emanavit in divitias inopis Patriis voluntaria paupertas. Erant hæc divitiæ gloria, igitur *Paupertas humilis summo conuicta Tonitrii*. Hinc Cordubens. Stoicus ait, *Epist. 62. Cum seminato loquor: illum admiror. Quidni admirer? Vidi, nihil ei deesse. Contemnere omnia aliquis potest: omnia habere, nonno potest. Brevisima ad divitias, per contemptum divitiarum via est. Quadrat examus-*

Iti. 16. 14.

Bonav.

Quomodo?

Mantuâ

Senec.